



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

V. Si episcopus scienter in paterna ecclesia aliquem instituit vel ignoranter, dum ad eamdem ipsum postea ordinaverit, potest in ea remanere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179.

probatæ vitæ fuerint & conuersationis habiti, ad diaconatum vel sacerdotium non debent admitti.

CAP. II. *Pars capituli; Ex insinuatione.*

Ad præsentiam nostram accedens R. presbyter, tacita veritate quod esset filius sacerdotis, per fraudem a nobis literas impetrauit, vt ecclesia de Bilesbi, in qua R. pater eius ministrauerat, capellanus existeret. Quia vero nulli Fraus & dolus nulli debet esse bono. fraus vel dolus patrociniū præstare debet, discretioni tuæ, &c. quatenus infra 40. dies post harum literarum susceptionem, rei veritatem diligenter inquiras: & si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in sacerdotio genitus, & quod pater eius in eadem ecclesia ministrauerit, non obstantibus literis nostris, ipsum exinde, omni occasione & appellatione cessante, amoueas.

CAP. IV. *Idem VVigorniensis episcopo.*

Præsentium tibi auctoritate iubemus, vt filios sacerdotum in paternis ecclesiis ministrare, vel eas occasione aliqua obtinere nullatenus permittas, & ipsos ab ecclesiis in quibus patres eorum ministrare noscuntur, cessante omni appellationis obstaculo studeas penitus amouere.

CAP. V. *Idem Londoniensis episcopo.*

Veniens ad præsentiam nostram VV. presbyter lator præsentium, supplici nobis assertionem proposuit, quod cum ipsum ad ecclesiam sancti Laurentii de Nouoburgo, quam ei concessisti & assignasti, articulasses, & ad eandem in presbyterum ordinasses, ipsum postea præscripta ecclesia spoliasti, eo quod pater eius in præscripta ecclesia ministravit. Quia vero ad nostrum spectat officium, viris ecclesiasticis paterna prouisione consulere, fraternitati tuæ, &c. quatenus si tibi innotuerit, quod pater eiusdem presbyteri in præscripta ecclesia ministraverit, quando eum instituiti, ipsam eidem, dilatione & appellatione cessante, in pace dimittas, amoto alio si quem instituiti. Verum si te ignorante, quod pater eius in eadem ecclesia ministraverat, ipsam ei assignasti, ex quo ad ecclesiam ipsam eum in presbyterum ordinasti, sibi restituas, donec in alia ecclesia ei prouideas, vnde honeste valeat sustentari, & sibi nullam super præscripta ecclesia molestiam vel grauamen inferas.

Concil. Tom. 27.

liii